

EXTRAIT DU SERMON POUR LE DIMANCHE DES RAMEAUX (20SDM)

<p>8. Secundo <i>videte regem Salomonem</i> cuius benignitas indicibilis clementiae diligenda sinceriter cum devotione affectus. Et de hoc dicitur Proverbiorum 20, 28 : <i>Misericordia et veritas custodiunt regem et roboratur clementia thronus eius</i>¹. Quia pietas misericordiae sine veritate iustitiae est potius vitium quam virtus, nam <i>manus mulierum misericordium coxerunt filios suos</i>² ; et severitas iustitiae sine pietate misericordiae Deo non est placita nec ab eo approbata, quia <i>iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecit misericordiam</i>³ ; ideo dicitur : <i>misericordia et veritas custodiunt regem</i> regum, Christum, per quem <i>reges regnant</i> et principes <i>iusta discernunt</i>. Ipse enim est verum exemplar omnis misericordiae et iustitiae, eo quod <i>universae viae Domini Christi regis regum misericordia et veritas</i>⁴. Sed quia eius pietas misericordiae in parcendo <i>superexaltat iudicium</i>⁵ severitatis in condemnando ; ideo addit : <i>roborabitur clementia thronus eius</i>⁶ ut per hoc quilibet peccator, quantumcumque magnus, non desperet per timorem considerans severitatem iustitiae proferentis sententiam, immo resumat vires et confidat propter benignitatem misericordiae, quae parcit faciliter et obliviscitur totaliter et suscipit clementer.</p>	<p>8. Deuxièmement voyez le roi Salomon dont la bienveillance de la clémence indicible doit être aimée sincèrement en lui vouant son affection. Le livre des PROVERBES dit à ce propos : <i>La miséricorde et la vérité gardent le roi et son trône sera affermi par la clémence</i>. La piété miséricordieuse sans vraie 140 justice est plus vice que vertu, car <i>les mains des femmes faites pour la miséricorde ont fait cuire leurs enfants</i> ; la sévérité de la justice sans la piété miséricordieuse n'est pas agréable à Dieu ni approuvée par lui, parce que <i>le jugement sans miséricorde retombera sur qui n'a pas fait miséricorde</i>. Ainsi il est dit : <i>La miséricorde et la vérité ont gardé le roi des rois</i>, 145 le Christ par qui les rois règnent et les princes rendent la justice. Le Christ est en effet l'exemplaire véritable de toute miséricorde et de toute justice puisque <i>toutes les voies</i> du Christ Seigneur, <i>le roi des Rois</i>, sont <i>miséricorde et vérité</i>. Mais parce que la piété de sa miséricorde, en pardonnant, <i>surpasse le jugement</i> de sévérité qui condamne, il ajoute : <i>la clémence</i> 150 <i>affermira son trône</i>, afin que, pour cette raison, tout pécheur, si grand qu'il soit, ne désespère pas par crainte, en considérant la sévérité de la justice qui profère une sentence, mais au contraire qu'il retrouve des forces et reprenne confiance en raison de la bonté de la miséricorde qui pardonne facilement, oublie totalement et accueille avec clémence. 155</p>
---	--

S. Bonaventura, *Sermones dominicales*, ad fidem codicum nunc denuo editi, studio et cura Iacobi Guidi Bougerol, Grottaferrata, 1977, p. 276-277, §8, 136-154.

¹ Pr 20, 28 *misericordia et veritas custodiunt regem et roboratur clementia thronus eius*.

² Lm 4, 10 *manus mulierum misericordium coxerunt filios suos facti sunt cibus earum in contritione filiae populi mei*.

³ Jc 2, 13 *iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam superexultat autem misericordia sudicio*.

⁴ Ps 24, 10 *universae viae Domini misericordia et veritas requirentibus testamentum eius et testimonia eius*.

⁵ Jc 2, 13 *iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam superexultat autem misericordia sudicio*. Bonaventura a lu superexaltat au lieu de *superexultat*.

⁶ Pr 20, 28 *misericordia et veritas custodiunt regem et roboratur clementia thronus eius*.